



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Ivdiiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

certam petamus. *L. 3. §. pen. & ult. L. 6. L. qua de tota 76. §. incertæ. ff. de R. V. L. 1. §. ult. ff. si pars hered: pet:*

2. Cùm verò duplex sit libellus, nempe civilis seu conventionalis. *cap: fin. h. t.* qui scilicet in rem civilem, id est, in id quod actoris interest, conceptus est, & criminalis, qui criminis accusationem continet, *can: nullus 4. q. 4.* cuius forma exstat in *L. Libell. 3. ff. de accus:* In conventionali exprimendum est, quis, quid, coram quo, quo jure petatur, & à quo. Criminali verò nomē accusatoris, rei accusati, judicis coram quo, delicti locus, annus, mensis, designari debet, quamvis si dies, qui mensem demonstrat, exprimatur, non aliā mensis expressione opus sit.

3. Partes libelli generatim sumpti substantiales tres censentur: narratio facti, causa seu medium concludendi, & conclusio. *Barth: in L. si prius: ff. de nov: op: denunt:* Narrationem definiunt facti controversi expositionem: quæ definitio ad brevem & succinctam facti narrationem restringenda videtur: copiosius enim factum controversum Judici exponimus, cùm apud

pud.